deorum sacrificijs deditus, & maximis qui-  
bulque flagitijs coopertus, neq; minus in di-  
uina mysteria blasphemus fuit, quem idcirco  
Cæsar in vineula coniici, & ad se Constanti-  
nopolim adduci iusserat. Forte tunc accidit,  
ut image sacræ virginis ex funiculo penderet  
in carcere, quo conclusus erat idem Anatolius  
in hanc igitur ille tot scelorum sibi con-  
fessus oculos coniicere, & coram ea suppliciter  
orare, veniamque petere, & externo quidem  
corporis habitu animi penitentiam simula-  
re: sed ut ea hypocrisi & ficto animo superos-  
fallere minimè posset. Ceterum a Prefecto  
cæreris aliisque multis, qui in custodia tunc  
adabant, est animaduersum Deiparam in ima-  
gine dicta expressam, velut iratæ mulieris si-

L 6

milem



252 COLLATION. SACRARI  
mitem, auertisse vultum, ac nullum Anatoli  
precibus tribuisse locum, quasi blasphemū exsecrabilem hominē proorsus auersaretur. Se  
& eadem imago piis in urbe aliis codem tem  
pore per visum oblata est, multis in eo tandem  
conspirantibus, ut Anatolij tum in Marion  
tum in Christum ipsum valde contumeliam  
horrenda impietas publicè vindicaretur. Pro  
inde visum est omnibus hunc facinorosum  
ac impium è medio tollere, qui bestiis expoli  
tus, ab iisq; deuoratus fuit: lupis etiam inaudita  
crudelitate in mortuum grassantibus, quo  
niam rapaces bestiæ cadaver impii detrahere  
rapere, atque discerpere voluerunt.

Gregorius Magnus li. 4. c. 17. Dialogorū. De Musa  
ella, que post apparitionem B. virginis nouu  
nem induit, & paulo post sancte moriens vides Di  
param virginibus speciosis stipatam, cui se vacua  
mox è corpore emigrans illa coniungitur.

C. A. P. XV.  
**G**regorius Magnus historiam de Musa  
puella mémorablem narrat. Huic nocte  
sacra virgo & Dei genitrix Maria per visionem  
apparet, eiq; multas puellas coevas in vel  
bus albis ostendit. Musa illarum adspectu  
splendore delectata, libenter eis se congrega  
set, sed cum præ pudore non auderet, amante  
à Deipara interrogatur, velle tne vnā cum aliis  
in hoc viuere gynæcco, & sibi quoque deler  
virc. Cum illa se velle respondisset, hoc vnu

in mandatis accepit, vt maiorem vitæ ac mortuæ indueret grauitatem, seque à risu, iocis, omnique levitate puellari abstineret: ita demum fote, vt die trigesimo puellis aliis, quas praesentes adspiceret, consociaretur, atq; in suum ministerium cooptaretur. His monitis paruit Musa, & deinceps supra ætatem ac consuetudinem grauiter fere gessit, vt subito mutasse mores, & sicut aiunt, nuces reliquissæ videtur. Parentes etsi hanc adeò repentinam filiæ mutationem primùm admirarentur, tamen cum facte apparitionis arcanum intellectissēt, paellæ instituto non repugnarunt, fidemque anteriorē narrationi compræbuerunt, quod sequens mors filiæ trigesimo die ex hac vita migrantis visionem non vanam esse monstraverit. Moritur verò, Deipara rursus apparet, speciosiss illis paellis, vt antè stipata, quæ Musam viad se veniat, vocare dignatur. Mox paella quantumuis moribunda oculis reuerenter depresso, & aperta voce clamando respondet: Ecce Domina venio. Ecce Domina venio. In qua etiam voce, vt Gregorianis verbis utar, spiritum tradidit, & ex virginico corpore, habitatratum sanctis virginibus exiuit.

Gregorius Turoensis libro de gloria plurimorum martyrum cap. 8. De impio Iudeo suum filium infirmitatem ardente coniiciente ob odium fidei Christiane, quem B. virgo in mediis flammis illæsum conservauit.

**I**udæi cuiusdam vitriarij filius, cùm apud Christianos pueros ad studia literarum exerceretur, quadam die dum Missarum feda in Basilica B. Mariæ celebrarentur, ad participationem gloriosi corporis & sanguinis Domini cum aliis infantibus infans accessit. Quo sancto assumpto gaudens ad domum parvus reuertitur, illoque imperante interplexus & oscula, quæ acceperat, cùm gaudio referat. At ille Christo Domino ac eius legibus amicus, ait: Si cùm eis infantibus communicasti, oblitus paternæ pietatis, ad vicesendam Mosaicæ legis iniuriam parricidus in te durus existam. Et apprehensum puerum, in fornacis ardentis proiecit, multaque ligata, quo vehementius exureretur, iniecit. Hoc cùm audisset mater, quod scilicet filium communem pater deliberasset exurere, cœteris ad librandum eum. Sed cùm audisset incendia ad ore fornacis patulo huc atque illuc flammam dominanter respergi, ornatum capitis ad terram proiecit, diffusaque casarie, le miserabile clamitans, ciuitatem vocibus implet. Atcum Christiani quod actum fuerat, didicissent, et currunt omnes ad tam iniquum spectaculum retractisque ignibus ab ore fornacis, inuenient puerum quasi super plumas mollissimas de cumbentem. Quo extracto admiratur omnium illæsum: clamoribus locus ille repletus,

RAR.  
cūm apud  
tarum feta  
ad partit  
guinis Do  
ccellis. Quo  
num part  
er complexu  
udio reten  
legibus i  
communi  
leiscendam  
i in tenuis  
n, in os loc  
ligna, quo  
Hoc cum  
m commo  
nurit ad  
ncendia ab  
luc flamma  
bitis ad te  
se miseram  
et. At cum  
licent, co  
estaculum  
s, inueni  
lissimas de  
atur omni  
repletus, l  
**L I B E R II.** 259  
sic Dominum omnis populus benedicit. Con  
clamat etiam, ut authorem huius sceleris in  
ipsas proijerent flamas. Projectum autem  
iatorum ignis absorbut, ut vix de ossibus  
parum quodammodo relinquetur indicium.  
Interrogantes autem infantulum Chri  
stiani, quale ei inter ignes fuisset umbraculū,  
aīt: Mulier, quæ in Basilica illa, ubi panem de  
mensa accepi, in cathedra residens, parvulum  
insinu gestat infantem, hæc me pallio suo, ne  
ignis voraret, operuit. Vnde indubitatum est,  
Bei Mariam apparuisse. Eandem historiam  
confirmat Glycas, & Menam Patriarcham  
adfuisse dicit, qui toram rem exposucri luctu  
noeius nominis secundo Imperatori. Quis ve  
to negat Deiparam hic non solum adfuisse, ut  
paer in medio flammarum in columnis conser  
varetur, hocque miraculo complures Iudei,  
& factum est, ad veram fidem conuert  
tentur?  
Vetus Canisius Theologus lib. 5 cap. 21. de B. virg  
ne Maria. Quomodo Deipara virgo Ioanni Patricio  
Romano & Liborio Ponifici apparuerit, & mira  
culo per niuem ostendo, locum novo templo struens  
de monstravit.

**C A P. XXVII.**

**I**ohanni Patricio vereq; nobili Ciui Roma  
no, gloria Virgo per quietem oblata est,  
simulque monuit, qua ratione suas ille opes  
optime collocaret, sicut ille iam pridem scire  
desi.

256 COLLATION. SACRAR.

desiderabat. Atque ut certior constaret fide apparitioni, eadem virgo Liberio Pontif. Max. nocte adstitit, & similia monita reperit magnō miraculo statim subsequente. Etenim in maximis illis caloribus, qui ardente canicula urbem infestare solent, nix copiosa & proufusa intempestiuā cecidit, partemque collis Aquilini contexit simulque locum ad structuram noui templi commodum demonstrauit. Atque hoc felix illius Ecclesiae principium fuit, quæ ceteris omnibus sub Maria nominata Romæ conditis præstat, & sancta Maria maioris titulo in hunc usq; diem decoratur. Ne opus est hanc apparitionem ab Antonino Alijsq; confirmatam ostendere, quam vniuersaliter festi celebratio, à niue nomen accipiente, totq; retinens sæculis, luculenter comprobata. Nicephorus Gregoras libr. 9. hist. Roman. & Protrus Canisius libro citato cap. 22. De Imperatoribus Constantinopolitanis Andronico iuniori seniori, quomodo senior Andronicus clamore illustrium perculsus, coram imagine Deipara virginis percolatus, mox presentem virginis opem posse senserit.

CAP. XVIII.

Q VVM iunior Andronicus, ut erat ministrum Constantinopolim' occupasset, in magnos angores suum ipsum, qui senior Andronicus dicebatur, venerandum certè senem, hac regni aff

statione, & insperata vrbis occupatione conicitur. Qui auus cum aduentantium hostium tumultum & clamorem praeter expectationem noctisensit, delecto profiliit perturbatissimus, presentum quod nec duces, nec milites ad defensio[n]e parati adcesserunt, ac ipse humana quidem opere prorsus destitutum cerneret. Habebat autem in Palatio secum eam, quam dixi Deiparae imaginem, ad quam in tanto discriminis libi configendum putauit, ut optatam & necessariam opem per Mariæ patrocinium diuinus impetraret. Itaque coram hac ipsa imagine tunc humili prostratus, magna[re] fiducia vix ardenter cum lachrymis obtestari pergit; ne virgo mater periclitantem se deserat, nouis suorum easibus miserum obiici sinat. Nec vana fuit obtestatio, sed subitam opem virgo attulit, ut omni metu, & periculo senior Andronicus liberaretur, suumque nepotem contra opem valde humanum statim experiretur. Is licet noua victoria clatus esset, tamen cum prius in palacium ingredetur, religione cōmotus, quoniam venerabilem Dei genitricis imaginem adesse cognouit, hanc imprimis veneratus accessit. De hoc eodem Andronico seniore idem Nicephorus Gregoras referit lib. 9. quod cum imminentे sibi propter frigiditatem & testaceorum usum morte, propter intempestivam noctem neminem reperiens, qui sibi dinamystria impertiret, omnibus circa palatium

258 COLLATION. SACRA.  
latium portis clausis: surrexit, & gratias  
Deo, & pro salute animi sui, cum multa  
chrymis & genu flexionibus deprecatus es.  
Deinde sacram Dei genitricis imaginem, quae  
in sinu gestabat, loco diuinorum mysteriorum  
in os inferuit, cumq; in lecto coasedisse, quod  
usquam diluxisset, est defunctus.

Petrus Canisius ibidem ex signo & alijs historiis  
de imagine B. virginis per Lucam Euangelistam  
depicta, eademq; iussu Gregorij Magni Romani  
supplicatione circumgestata, miraculoq; liber-  
tione subsecuta.

CAP. XIX.

Gregorius cum saevissima pestis Roma  
sauiret, ac multæ simulacrae calamitas  
accederent, religiosam in die resurrectionis  
supplicationem instituit, & virginis Grego-  
tricis imaginem in publicum effetti curau-  
eruntque circumgestationem. Deus pax  
miraculo comprobavit. Etenim quacunq;  
ferretur imago pestilentis cœli grauitas depa-  
sa, & optata salubritas in vrbe consecutus  
Vbi gratulantibus omnibus Deo, ecce iba  
gelus, qui sanctam virginem his vocibus ex-  
alioqueretur: Regina cœli lætare, alleluia.  
Quia quem meruisti portare, alleluia. Re-  
texit, sicut dixit, alleluia. Quam oratione  
similatque Gregorius coram audiuit, diu-  
spiritu statim excitatus, eam in hunc modum  
expluit: Ora pro nobis Deum, alleluia. Quod

LIBER II.

259

cantum inde solemne mansit in Ecclesia, &  
Paschalis latitiae argumentum, vel confirmatio  
quotannis esse consucuit. Eandem histo-  
ram à veteribus acceptam, Sigonius quoque  
confirmat. (De hac imagine vide latus in vita S.  
Dominici lib. 2. cap. 5. & 8 in Surio 5. Augusti.)

Constantinus Cypri Episcopus in Concilio Niceno 2.  
actione 4. De quodam Cyprio, qui imaginem Dei-  
parae violans, meritus luit sue impietatis penas.

C A P. X X.

Fuit vir Cyprius in urbe Constantia ar-  
mentarius, qui orandi causa in virginis  
Deiparae scelum concessit, atque cum inter  
candum susciperet imaginem virginis ex co-  
loribus in parietibus expressam, animaduer-  
sus indignabundus dixit: Quorsum haec? Sta  
timque stimulo, quo boves agebat sublato,  
eodem imagini virginis dextrum oculum eruit.  
Igredens porro, dum fortè pecus ad maturan-  
tium iter pungit, ecce stimulus constringitur,  
et apud, cui ferrum erat infixum, in dextrum  
hominis oculum recte inuolat, ac miserum o-  
culo priuat. Narrathoc Constantinus sanctis-  
simus Cypri Episcopus, coram toto consen-  
tu Patrium, verbisq; disertis adiungit: Hunc e-  
go Constantinus virum vidi, unoculum et-  
semnum ex hac causa esse cognosco.

Iacobi Moscus Eniratus in Prato spirituali ca. 180.  
Graecus à Petro Canisio loco superius adducto, De

Ioan.

*Ioannes Anachoreta, qui se virginis Deiparae apud  
guem eius commendans, post redditum candelam  
semper ardente inuocauit. (De cuius suppediti au-  
thoris autoritate et antiquitate vide Alpharac-  
Lipomon. in prefatione eiusdem.)*

CAP. XXI.

**I**oannes Anachoreta vir magni nominis, &  
principus sanctitatis, qui senex in speluncam  
quadam vixit circa villam, quae dicitur Sodoma  
viginti propemodum miliaribus distans a  
Hierosolymis, habebat in sua spelunca Deipe-  
re ac dominam nostram semperque virginis Mat-  
imaginem, eaque matrem Christi filii getan-  
cem exprimebat. Qui senex, si quando tempore  
nis causa vellet aliò proficisci, & loca venera-  
da petere, quod illi erat per quam visitatum, e  
more candelam coram eadem imagine inim-  
debat, & preicatione facta Deo sese, iterque suum  
commendabat, simulque in ipsam Deiparacu-  
ginem intuens, his verbis uteretur: *Sancta Dei  
mama nostra Dei genitrix, quia longum  
facere statui, ac multis diebus abesse cogor,  
candelam huius habe curam, eamque ne exstingui-  
tur, iuxta meum desiderium serua. Te quidem  
comite & adiuuante hoc ingredior iteri. He-  
vbi dixisset imagini, in viam se dedit, & ita  
confecto domum postea rediit, ita ut aliquantum  
vnum, sive duos, etiam vel tres, imo quinque  
& sex menses abesset. Semper autem in re-  
candelam inuocauit integrum & arduentem, si-*

illam ante iter suum accusam reliquerat, nec  
vnoquam vidit extingui. Id quod citra cuiusdam  
miraculam fieri neutiquam poterat, Dei haud  
dubie per Deiparā hoc prodigium operante,  
ac piam sancti senis fiduciam corroborante.

*Ilema cap. 43. Praeis spiritualis, De imagine virginis  
Deiparā, quam ne monachus veneraretur, demon  
diffidere studet, promittens deinceps ab eo impu-  
gnando destitutus sum.*

## C A P. XXII.

**M**Onachus quidam solitarius, & insigilatus  
Christi pugil, iamq; grandezus in mon-  
teoliuarum habitabat, & ab imparo spiritu  
fornicationis acriter impugnabatur, (*Vt refert  
ex Praeis spirituali D. Ioan. Damasc. lib. 1. de imagi-  
nibus.*) Qui cum vehementer infestaretur, ciu-  
itate cēnum ceperit, ac dicere infestanti dæmo-  
ni: Quousque tandem missum me noa facies?  
Itende à me, qui tecum quasi consenuisti.  
Damnon verò illi se visibilem exhibens, hoc  
modo respōdit: Iura mihi, te nemini mea ver-  
ba quae dicam, renunciaturum, ac deinceps te  
oppugnare desinam. Iurauit senex de seruan-  
tia silentij, ac dixit: Per illum, qui in altis  
sumis habitat, & ea, quæ dixeris mihi, nemini  
revelabo. Tum ille, Noli, inquit, hanc imagi-  
nem adorare, & ego à te impugnando desi-  
stam. Habebat enim senex eo in loco imagi-  
nam, quæ Dominæ nostræ sanctæ Dei genitri-  
cis Mariæ Christum Iesum Dominum nostrū,  
circum

262 COLLATION. SACRA  
cicumgestantis figuram exprimeret, quod  
& solitus erat venerari. Hoc auditio senex  
liberandi tempus postulauit, remque omnem  
die sequenti exposuit Abbatii Theodooro do-  
liotae in Laura Pharan tunc habitanti. Ima-  
nacho respondit: Verè illufus es, domine Ab-  
ba, & peccasti iurando dæmoni: sed quodcu-  
mum aperueris, rectè à te factum es. Cau-  
rūm in quodlibet huius urbis lupanaringe  
te præstat, quam ut Deum ac Dominum no-  
strum Iesum Christum vñà cum matre su-  
desinas adorare. Atque in hanc sententiam  
plura exposuit, eiusque monachi discedentes  
animum in hoc adorandi instituto benè con-  
firmatum reliquit. Rediit igitur ad mona-  
chum dæmon, & cum illo expostulans dixit:  
Quid hoc tei est senex nequissime! Irane le-  
uas mihi fidem etiam iuramento firmatam de  
arcano reticendo? equidem hoc tibi affi-  
fore, vt in die iudicij Deum iratum sentias &  
huius periutis pœnam exsolvas. Respon-  
dil monachus: Me quidem iurasse scio, sed nihil  
minus Dominum & creatorem adorate pro-  
gam; tibi non obsequar, quidquid etiam po-  
miserim. Hanc Historiam qui velint, impo-  
bè carpant & calumnientur, nos etiam ce-  
rà grauissimis Pattibus septimæ Synodi ap-  
pud primi approbatam habemus.

Iohannes Zonaras lib. 3. Annal. & post eum Petrus Canisius lib. 5. cap. 22. operis de B. virgine. De mon per duos profugos Iudeos hortatur Leonem Isaurum Imper. ut imagines Christi ac B. Mariae vbiue ex templis eliminaret.

## CAP. XXIII.

P Est silentior adhuc, longeq; versutior dæmon ille fuit, qui duos Iudeos ex Arabia profugos & impotentes ad Leonem Isaurum Cesarem salutandum extrusit, ac per hosce suos legatos, vt Cæsar Nazareni, eiusque genitios iacturū ēmata, id est imagines & effigies, detemplis vbiue tolleret ac deleret, omnino peruersit. (Vt Dæmonis proprium est homines à pia yfscarum imaginum reuocare.) Tantum enim orum Iudeorum oratio, loquente nimis rūbris, & veneratio sacrarum imaginum eundem Leonem hostē habuerit acerrimum, qui multo deinde annis vt fœdissimam, ita & crudelissimam exercuit Theomachiam: quoniam factas imagines omnes de templis sustulit, ac tirundem prohibuit venerationem, tabernaculum dysenteriacq; consumptus, magna etiam Republicæ perturbatione statim consequente. Nec minus tristes exitus habuere successores, qui Leonis huius impietatem amulati sunt, Copronymus, Leo Quartus & Quintus, Michael Traulius, Theophilus

ac

264 COLLATION. SACRA.  
ac huius filij, quos in Mariæ sanctorum  
Imagines dirè grassantes, diuina peculiari  
tio, ut omnes misrandum interitum fortun  
tur.

Petrus Canisius eodem lib. cap. 24. De Constantino  
politanis, qui à Saracenis obfessi, Deiparem  
nem in publicam processionem adducens, Cogn  
gisis patrocinio liberantur.

CAP. XXIII.

**C**onstat Imperatores Byzantinos in eisd  
endis, ornandis ac venerandis Mariae ex  
plis, nullis pepercisse sumptibus, curam, &  
ligentem adhibuisse. Vnde cum Byzantini  
am urbem à Saracenis aliquando grauitate  
cessam cernerent, & hostes magnopere ferre  
darent, non sine iejunio & oratione virginis  
matris patrocinio felicem bellum succellere  
exitum sibi ausi sunt polliceri. Itum igitur  
ad sacram ædem, quæ propè S. Sophiam exi  
bat: illine Deiparæ imago, quam Lucas depe  
xerat reuerenter accepta, & in publicam in  
plicationem siue processionem adducta,  
& hebdomadatim per totam urbem feria  
tia religiosè admodum circumgestata eu  
demum optata de Saracenis hostibus vi  
ria, qui miserè perierunt, sicut Vincentius  
fert, lætè successit, haud dubiè Maria hisce  
ciuibus, totiq; vrbi patrocinatè. Simile ex  
plum refert Nicetas Choniates lib. 5. Ann.

de Manuele Comneno Imperat. Cōstantino-  
politano, qui eum ingenti prēlio contra Hun-  
gos feliciter dimicasset, Deoque gratijs a-  
ctis, triumpharet, Imperatorem ipsum, inquit  
Nicetas, quadrigg argenteæ auratæ, cum equis  
nive candidioribus præcedebant, quibus im-  
posita erat imago inuictæ adiutricis & insu-  
perabilis commilitonis matris Dei. Neque ve-  
to axis magnum sonuit, quia non ychebat a-  
cīem Deam Mineruam, quæ falsò virgo dici-  
tur, sed veram virginem, quæ verbum inexpli-  
cabilī ratione per verbum peperit. Eum cur-  
tum imperatoris propinqui & amici, Senatus,  
viri Magistratibus & dignitatibus insignes po-  
ne sequebantur. Deinde ipse Imperator pro-  
dit, equo feroci insidēs, vir inclitus & maxi-  
mus, ornamentiis illustribus insignis, comitan-  
te Contostephano triumphi authore, qui ob-  
victoriā & rem benē gestam celebrabatur.  
Magnū templū ingressus, Deoque coram  
enī populo laudato, in palatium pergit, &c.  
Si de Iustinianus Imperat. cū Africam no-  
vaginta quinque annis Vādolorum iugo du-  
rissime pressam, breui tempore in libertatem  
vendicasset, atque hoc nomine Deo præpo-  
tentī gratias ageret, subiungit: Hoc etiam de-  
precantes exoramus sanctæ & glorioſæ sem-  
per virginis & Dei genitricis Mariæ præcibus,  
vequicquid minus est Repub. nostræ per nos  
vlumos seruos suos, restituat in suo nomine

M DEVS,

266. COLLATION. SACRAR.  
DEVS, & dignos nos faciat seruitum eis  
adimplere, &c. (Vide lib. 1. de offi. prefedii pres-  
Aphrica.)

*Amphilochius in vita D. Basiliij Magni, & Petri  
Canisius loco citato. De Basilio Magno, qui populo  
in templo virginis precante, vidit S. Mercatorum a  
B. Maria missum ad Iulianum Cefarem eccumu-  
dum.*

CAP. XXV.

Iulianus Apostata saeuissimus Ecclesie ho-  
stis, ad bellum Persicum prefecturus, non  
solum Basilio, sed etiam eius populo, cum per-  
tinet rediret ab hostibus, extrema fuerat pa-  
rum pauidos aduersus tyrannum immam-  
num tueretur, ieiunium populo induan-  
dum indixit, omnesq; in templo Deipara virginis  
quod in monte Dydimi situm erat, precan-  
gratia congregauit. Erat autem in eadem Ec-  
clesia S. Mercurij martyris corpus reciduum  
qui per quietem Basilio sese obtulit, planse-  
set, nimiriū vt de Iuliano sumeret poenas  
liq; communi hosti vitam tolleret. Basilius  
potuit de apparitione non mirari, dictisq;  
tyris monumentum in Ecclesia notum ad  
& quæ propè pendebant arma eiusdem  
abesse sensit, sed paulo post lanceam cali-  
liani sanguine rubetrem illic restitui, alio  
que deprehenderunt. Habuit ergo fidem

lius factæ apparitioni, & terrefactum adhuc  
populu bene sperare iussit, simulq; illos de  
morte tyanni Iuliani certiores reddidit, vt  
cuncti gratias clementissimo Deo agerent, qui  
summo discriminè ipsos & Ecclesiam tam be  
nigè liberasset. Nec multò pòst, euentus do  
cuit Basiliū vera dixisse, & historiam. Liba  
nius Iuliani questor Cæsaream veniens con  
firmauit, qui in Persico & postremo illo Iulia  
ni bello coram interfuerat. Narrauit enim ig  
notum quendam militem cum armis in excu  
bijs apparuisse, qui lanceam validè vibrans,  
tentib; impetu confoderit Iulianum, qui que  
mor abscedens nusquam comparuerit, cùm  
ille blasphemus interim dirè vociferans exspি  
rat. Tantam demù vim habuit communis  
illa preccatio, quæ authore Basilio instituta, &  
in vocatæ Virginis patrocinio corroborata fu  
it, nimirū ut grauissima Ecclesiæ pestis Iulia  
nus è medio tolleretur, & pius populus ab ira  
tyanni leuitia illæsus persisteret. Eandem  
orationem post Amphilochium repetunt  
Iulius Antoninus, (*In serm. de Deipara par  
4. homine, iu. 5.*) Naucleus: alijque complures  
multa id genus exempla de Mariæ templis, &  
factis ad illa peregrinationibus, acceptisq; be  
neficiis, coniunctisque miraculis præclarè scri  
pserunt.

Ex Historia belli Linonici, De quadam matrona La  
tib; quæ sacre assumptæ virginis Matris die vo  
go fidem

268 COLLATION. SACRARI  
lens balneum sibi parari, miraculosa edium fractio  
conflagratione diuinitus punta est, lignis ad ba  
neum congestis, penitus incombustis.

CAP. XXVI.

**A**NNO 1556. ipso assumpta virginis Ma  
tris die, Terpati sacerdotes ex recepto ec  
clesiae more diem illum solemnam habe  
bant, & magno, vt solet, cum apparatu &  
crebro campanarum pulsu diuinum cultum  
peragebant. Eam celebritatem & reverentiam  
virgini Matri ad summi numinis honorem  
exhibitam, cum matrona quædam impendit  
inuiderer, mandat pedissequæ, vii balneorum  
adparet, caminum instruat, se cum marito la  
uari decreuisse. Illa solemnis festi dominica  
submonere, vtque alium in diem transitor  
rogare, Matrona repente excandescit. Quia  
inquit, de Maria narras: fuit illa rite fune  
lis mihi, nec ullius potentia aut gratia pro  
rogatiuam habet, tu iussa mea ex quæ re  
mula ne dominam grauius exacer' arecina pe  
rata perficit. Vbi ad caminum venimus? et  
laboris frustranci pertæsa, testū omne arde  
cōspicit, nec ylla vi, flamimam extingueat,  
let. Ignis primū ipsum balneū vastat, mo  
duas contiguas ædes ingenti ciuium omni  
A IT  
qu  
neula,  
pij etia  
omni si  
telime  
um, is  
queat.  
site, que  
nobilis  
declara  
vnam e  
duodec  
multis  
inops  
in Deu  
res qua  
est faci  
tracill

R.A.R.  
dium scava  
lignis ad bla

LIBER II.

269

terrore populatur. Confluit extemplo vniuersum vulgus, & vix tandem latius serpere incendium, prohibent. Postero die lingnorum fasciculus, camino ingestus omnino incombus comperitur.

Thomas Morus lib. I. Dialogor. ca. 16. & refert Laurentius Surius in Chronicis, De puella quadam nobili cum alijs quibusdam à Dæmons obfessis apud imaginem B. virginis Ippisunchij liberatis.

CAP. XXVII.

AIT Thomas Morus loco citato, se pleraque suæ aetatis commemorare posse miracula, quæ ad imagines, quas solent homines peregrinam inuisere, edita sint, tam ab omni suspitione aliena, tamque amplis fulta testimonijs, ut qui ea velit reuocare in dubium, is non multum ab insania abesse videri queat. Interim vnum recitat admodum illustris, quod ante paucos annos in cuiusdam viri nobilis Rogeri VVentunorthi aliquot proles declaratus sit diuinitus. Præcipue autem in vnam ex filiabus eius, annorum non amplius duodecim, quam malus dæmon inuaserat, & multis modis diuexerat. Erat illa iam mentis inops delitansque, procaciter & petulanter in Deum ipsum incurrebat, execratabaturque res quaque precibus sacras, & quod mirum est facile etiam nullo indicante à non conscientiis internoscet. Fiebant hæc procul

M. 3 dubio

270 COLLATION. SACRAR.  
dubio illo effidente, qui puellam occupare  
interim verò tum sua voluntate, tum diuina  
admonitione permota est, ut ad S. Marie oppo-  
suntchij (est hoc Angliae oppidum) accede-  
ret. In illo autem itinere, quæ id tempore  
libi dicerentur & fierent, citra mendaciam  
edicere potuit, multaque rapta in ecstasianis  
& sublimia promebat, licet ipsa eorum uolu-  
esset & imperita, ut etiam viri doctissimi quo-  
mediocriter admiraretur talia ab illa dici pos-  
se. Vbi porrò ad locum ventum est, erat ibi  
mago beatissimæ virginis Mariæ. Coram e-  
dum illa puella sifistitur, aderant perplures se-  
didi ac nobiles viri, & ecce ab illo teatro spacio  
horrendum in modum dilaniatur, facies &  
oculi terribilem in speciem transformati, os  
contorquetur & distenditur, oculi in maxilla  
prominent, ut sine horrore nemo cam posse  
intueri. Aderant & aliae personæ, in quas per-  
mittente Deo improbus Sathan mirabiliter  
uiebat. Atque mox omnes illæ vna cum pu-  
ella perfectæ sunt redditæ sanitati. Huic tamen  
spectaculo aderant parentes puellæ, homines  
& ordinis amplissimi equestris, & rebus impo-  
nentes: aderant & alijs permulti magne digni-  
tis, prudentiæ & experientiæ. Abarat vero de-  
nis fingendi vel ratio, vel suspicio, tum quod ipse  
puella esset tenera etate, tum quod rei ipsius  
immanitas & horrenda species omnia exci-  
deret simulationem. Cernens autem puellæ

liberatam, licet pater oblitusaretur, mundo  
huic illico nuncium remisit, & in Cœnobio be-  
ne instituto sanctorum virginum religionem  
professa monasticam, piè & sanctè vixit.  
Wilhelmus Lindanus lib. 2. cap. 2. de fugiēdis idolis  
pg. 159. à puerperis D. virginem recte inuocari,  
quomodo puerpera quædam B. virginis veneratio-  
rem non sustinens, diuinitus punita sit.

## CAP. XXVIII.

**Q**uando ad solatium puerperarum piè cō-  
ueniunt matronæ Christianæ, solent de  
more laudatissimo coram imagine D. virginis  
inuolatae matris Mariæ Christum gestantis  
honoris simul & inuocationis gratia candelā  
in fidei suæ, lucisque animorum symbolum  
ascendere, ut suis precibus Deum puerperę fa-  
ciant propitium, ne aut abortiant, aut infeli-  
citer pariāt. Contigit annis superioribus, quā-  
dam mihi notissimam (qua & matris suæ no-  
minaciam pridem non audiebat bene in causa  
religionis) puerperio laborare, conuocantur  
cognati, affines, & vicini, ut de more Hollan-  
dico fieri solet. Vrgentibus puerperij dolori-  
bus, cedula imagini B. Mariæ, ut solet à quadā  
cognatarum acceditur. Puerpera sui venenī,  
quo à teneris infecta laborabat, non oblita, in  
illam coepit excedere, quæ candelam D.  
Mariæ accenderat, exclamans subinde tollen-  
dam esse: neque se ferre posse honorem illum  
imagui fieri, qui Deo debebatur. Vbi exclā-

M 4

marc



272 COLLATION. SACRAR.  
mare misera non desinit, irruunt dolores scis-  
sim acerbiores, puerumque tandem enixa ei-  
ta miserum, vt frustulatim in lucem fuen-  
ditus (quemadmodum mihi oculata tefuis ma-  
rauit) incredibilibus impiis matris cruciatis,  
& intolerandis tormentis. Neque sanè à fide-  
lienum videri homini Christiano debet, I.  
Mariam sine dolore pueroram, sine macer-  
matrem, sine corruptione virginem religio-  
ad auxilium de more iuuocatam singulari-  
latio succurrere.

D. VVilhelmus Lindanus in *Apologeticus* 2. religio-  
Catholice. ca. 11. De quadam puerpera D. virginem  
per blasphemiam, scrofam appellante, qua mar-  
tinam persentiens vtilionem, nigellam vno infesi-  
partu edidit serofulas.

CAP. XXIX.

Motibus illis eo Goesiorum anno vi-  
dum exortis, muliercula quædam oppi-  
do Hollandiae aspera paturire coepit: con-  
nere vicinæ atque cognatæ: vbi illa eniteretur  
difficilius, & grauissimè non minus quam po-  
riculosissimè laboraret, vna circumstantia  
pro ex more pueroram admonet, vt D. virgi-  
nem Mariam iuuocaret auxiliatricem. Cui illa  
la, Quid mihi istam, inquit, dicas scrofam  
Erat namque infelix Anabaptistarum delin-  
capta, qui supra omnes ferè diuos vnam illarum  
sanctorum sanctam Deiparam virginem Ma-  
riam exsecrantur, oderuntque infensius. Ve-

tum quidnam acciderit, accipe. Pro male-  
dicti blasphemiam, fuit & DEI plaga, qua ne-  
fanam suæ matris vindicauit contumeliam.  
Actutum enim illa misera, quæ sacrosan-  
ctam virginem DEI genitricem MARIAM  
impure suis nomine blasphemarat, nig-  
las aliquot in lucem edidit, sed emortuas duas  
suecas.

5. Vnum hoc exemplum, vt Catholicam no-  
stram de pia Sanctorum iuvacione doctri-  
nam solidè iuxta ac liquido confirmat: ita in-  
sanam istorum sacrilegorum iconoclastarum &  
hagiomachorum cuerit Theomachiam. Quod  
adversarij cùm probè haberent perspectum,  
collecta his super gestis informatione, produ-  
cta que testium, quam vocant iurisperiti, tur-  
bam longè verissimam, & in vulgus notissi-  
mani suo percallido frustra conabantur ob-  
nuire mendacio. Illos enim testes audire non  
dignabantur, qui de paradoxi huius puerperij  
monstro comperta, visaque dicere potuissent,  
nisi ex ore Notarij N. fide dignissimus nobis  
narravit, alijs plurimis auditentibus. Lepidum  
vero illud, nec minus falsum quod in istos ve-  
ritatis hostes dictitabat Notarius. Cùm enim  
varios conuocarent, vereq; exquirerent testes,  
ad eam memorabilis fidem semel obren-  
dam. Vos illis videmini persimiles, inquit,  
qui de fure ad ostiarios percunctantur, quem  
per posticum sciunt clapsum.

*Exemplum memorabile de quodam molitore, qui p  
ſtequam toto triennio per paralysin omnia mem  
brorum suorum officio deſtitueretur, tandem ales  
ta Dei genitricē visitatus, & paulo pefit curau  
eft.*

## CAP. XXX.

**V**enerandus doctrina & pietate vir domi  
nus N. ob insignem animi candorem &  
pietatem omnibus charus, mihi expouſi  
ante annos circiter triginta nouisse quendam  
molitorē in pago Lubcke propè Teneſemus  
dam in Belgio, qui cum honeste inter suos ve  
neret, eaque morum facilitate polleteret, nomi  
nes ejus desiderio tenerentur, tandem in gra  
uiſſimam paralysin incidit, qua toto triennio  
ita detinebatur, ut omnium meiorum offi  
cio deſtitueretur. Itaq; cum celebriora ſuſt. &  
principiū D. virginis ſolemnia ex more co  
brarētur in Ecclesia, diutini ſui languori po  
tæſlus, crebriō ſacratiſſimæ Dei genitricis opa  
implorabat, eidēm q; cum gemitu & ſuſt.  
conquerebatur, quod ſuſe ſacræ festiuitate  
interceſſe non posſet. Quod cum ſaepius deu  
factitaret, tandem noctu D. virgo cubiculum  
eius ingressa eft, habens in comitatu compa  
xes virgines ſacras, iam in cæleſtibus inui  
phantes, que omnes admirabili fulgore &  
credibili venustate, & cubiculum torum illi  
ſtrabant, iſumq; infirmum ineffabili gaud  
ecceſtabant. Inter quas singulari ſplendore

pulch  
tillima  
gines  
nitus  
tum lu  
vatore  
no exc  
bilis ſp  
uion le  
Virgo  
minus a  
voi ſu  
Ecclesi  
Multa d  
dixit d  
gauſſi  
quam q  
uelaret  
meior  
fonte pl  
Dei mi  
tione  
ad eccl  
bus, vt  
gadus  
tillime  
iam in  
tatem,  
fici te  
mam d

pulchritudine immensa præcminebat sacra-  
tissima virgo Maria. Quāquam & reliquas vir-  
gines omnes (mente ex præsenti lumine diui-  
nitus illustrata) earumdemque nomina & sta-  
tum luculenter discernebat. Moxque molitor  
vxorem sibi accubantem compellat, ut è somni-  
no excitata, tam iucundæ visionis & admira-  
bilis splendoris participes fieret. Illa verò gra-  
uionis homino diuinitus detinebatur. Porro B.  
Virgo infirmū alloquens, ait: audiuisse se ge-  
mitus & suspiria ipsius, & hunc tandem cum  
voi sui compotem fore, cùm primum se in  
Ecclasiam ad altare B. Virginis deferri curaret.  
Multa deinde ipsa B. Virgo eidē infirmo præ-  
dixit de impendentibus toti Belgio plagis ac  
grauissimis tempestatibus, prohibens ne quic-  
quam de illis arcana cuiquam hominum re-  
velaret. Posse tamen ac debere cum omnes ad  
meliorem vitam ac pœnitentiam hortari, si  
fonte plague imminentes vel auerterentur, vel  
Dei misericordia mitigarentur. Molitor ea  
visione recreatus, paulo pòst rogat se deferri  
ad Ecclasiam. Ad quam delatus, ait gestanti-  
bus, et dimittatur. Dimissus, mox quindecim  
gradus, per quos ad crepidinem altaris sacra-  
tissime Virginis accessus erat, solus adscendit, &  
iuncte ab eadem hora integrum incolumi-  
tatem, omniumque membrorum suorum of-  
ficiū recepit. Ille verò deinceps religiosissi-  
mam & sanctissimam vitam ducere incepit,

276 COLLATION. SACRA  
assidue in templo versans, orationi & rebus  
diuinis vsque adeò intentus, ut ex oculis tota  
que vultu omnibus patesceret, cum aliis  
caelestia ac diuina meditari, fatebaturque se  
alacri animo geniculatum reptaturum Romam  
vsque, ut vel modico tempusculo, eadem un  
amabili ac iucunda luce, tamque desideratius  
tot sacratissimarum virginum adspexit de  
nuò potiri posset. Porro venerandus virgo Do  
minus N. qui hæc ex ore ipsius molitoris ad  
diuit, cum aliquotiens in concione suis audi  
toribus hanc tam amabilem historiam expo  
neret, vidit multos auditorum præ gaudio ac  
desiderio rerum cælestium in lachrymas solitus.

Simeon Metaphrastes in oratione de ortu, educatione  
ac decessu sanctissimæ Deiparae virginis. Iudea  
quidam irruens in sanctum grabatum, quo corpus  
exanimè sacratissimæ virginis deportabatur, diu  
nitus abscissione manuum punitur, idemq[ue] p[er]  
ultam penitentiam sanatur.

CAP. XXXI.

**C**VM diuina arca sacratissimi corporis in  
temeratae virginis, ex Sion Apostolorum  
vesta manibus humeris ad sacrum Gethsema  
næ prædium exportaretur, accidit huic pa  
chræ & diuinæ rei graue quidem, quod & re  
disosum, non tamen silentio, sed memorie me  
dandum: & ad gloriam quidē & laudem pie  
rum, dedecus autem impiorum, qui infidele  
tatis malum semper sectantur. Cum hoc lo  
cum

erum & impollutum corpus in Gethsemane effteretur; vbi sepulchro tradi Deiparam ipsa præceperat, Iudæis, qui semper fuerunt repletiiuidia, ne hoc quidem succurririt tacere, sed ad eius quod siebat, splendorem claudere oculos, & ad eius iunatum motum animi crumpere. Qui erat ergo aliis insanius & impudenter, is cum venerandum portaretur grabatus, in id iruit plenus inconsiderato impetu & furore. Eius autem scopus erat, hunc sacrum lestum in terram allidere, & tali afficere iniuria, vi qui esset vir insigni audacia. Non neglexit autem diuina iustitia; sed manus, quæ grabatum apprehenderant, ex vlnis protinus fuerūt absissæ. Verum quæ in partu gaudio totum orbem terrarum expleuerat, non erat ulli omnino in morte futura causa molestiæ. Cumq; qui passus fuerat, esset quidem improbus, non tamen omnino eius improbitas videretur insinabilis, ex his quæ erat passus, iustum corū, quæ male senserat, petiti pœnitētiā. Et quoniam carebat manibus, nec eas poterat ad præextendere, emittit lachrymas ex oculis, & sic petit curationem. Disciplinam autem vide simus & medicationem. Statim iij quidem, qui lestum cerebant, constiterunt: accedit verò is, qui passus fuerat sectionem: & quæ amputatæ fuerant, partibus vlnis applicantis (hōc autem iussit Petrus) statim consecuta est manuum curatio.

Ioannes Zonaras tom. 3. Annalium. De Iouanne Zimisca Imperat. cui D. virgo victoriam contra Rossos per S. martyrem Theodorum obiunuit, et de regnione Zimisce erga S. Theodorum & B. Virgine.

## CAP. XXXII.

Imperatore Ioanne Zimisce contra Rossiam præliante, cum diu victoria ancescere Romani diuinitus adiuti esse perhibeantur. Nam & procellam Scytharum facies vertebraffe, & quendam in equo à multis visum, quod Romanos defendebat, & Barbarorum phalanxes conturbaret. Eo porro die memoria Theodori ducis insignis martyris celebrabatur. Theodorum porrò ducem Romanis contra Barbaros auxilio fuisse, ex eo cognitum est. Muliercula quædam Byzantia, religiosa & modesta, pridie illius pugnae in somnis, sanctam Deiparam procedere cum magno comitatu videre visa est, ac dicere: Domine Theodore, meus & tuus Ioannes graui certaminis sustinet, properè igitur illi opere fert. Id somnium ea quibusdam aperuit, qui die noctis cœperunt, id pridiè postremæ pugnae consigilie. Imperator vero ut martyri pro naufragio opera gratiam referret, elegatissimum item plurimum Euchaniæ, siue Euchaitæ struxit, veteri diruto, in quo corpus eius multis certaminibus defunctum repositum erat, & urbem va-

teri nomine abolito, Theodoropolim appellavit. Bello Rossico ad hunc modum cōfecto, Imperator Byzantium reuersus, ab omnibus ordinibus splendide excipitur. Nam & Patriarcha cum omnibus sacerdotibus ei obuiam est progressus, & Senatus & populus coronas offerentes, & currum cum quattuor albis equis, rogaruntq; vt eo concesso, triumpharet. At ille coronas accepit, & equo singulari candido triumphauit, & vestibus Bulgariorum regaum currui impositis, supraq; eas imagine Deiparæ collocata, currum antecessit. Postmodum quoq; Christi seruatoris templum in Chalce magnificum exstruxit.

Petrus venerabilis, Abbas Cluniacens lib. 2. cap. 9. miraculorum. De mirabili visione fratris cuiusdam Cetibusiani, quem à dæmonibus grauerit angustiam virgo Mater ab eorum impetu vindicauit, & quadam cum monumenta obseruare monuit.

## C A P. XXXIII.

Multa quidem in sacro ordine Carthusiensi miracula contigisse, à pluribus accepti. Sed quia ipsi humilitatis virtute, quam semper servi Dei miranda opera sua quanto possunt nisu, occultant: vix aliquid ex his prodere alicui voluerunt: rara, immò rarissima quibus omnimoda fides accommodanda esca, ad me miracula peruenierunt. Quæ tamen absque dubio certa cōmperi: tacere nec volo,

acc.

nec proposui. Fuit ex eorum numero, non  
quidem monachorum, sed Conuersorum.  
Conuersus quidem humilis genere, iuuen-  
tate, sed moribus generosus, & vita sancti-  
tate prouectus. Hic toto studio, obedientia,  
humilitati, mortificationi, omnem quam po-  
terat operam adhibens: mundum sibi seque-  
mundo, non solum crucifixrat, sed etiam  
pelierat. Amori diuino, & specialiter memo-  
riæ matri Domini, ita totum se voverat,  
à bonis viris ipsum vitamque eius cogi-  
scientibus, nihil scire iudicaretur: nisi Chri-  
stum I E S V M, & hunc crucifixum sacramen-  
tum ipsius crucifixi Matrem: ac perpetua  
virginem: humanæ salutis singularem, post  
domini amatricem Mariam, His studiis a con-  
uersionis suæ principio cœptis, magis ac magis  
insistens, & in hac nostra iuxta Psalmum  
lachrymarum valle: de virtute in virtutem  
proficiendo: ascensiones in corde suo dispo-  
nens, antiqui & communis hostis iniuriam  
contra se velut nouam ac specialem comite-  
uit: nec iam occulte, sed palam, quantum per-  
ditus ille perditionis humanæ straudus, ex de  
ipso monstrauit. Iacebat quadam nocte in celo-  
la, sibi ut talium mos est, ad laboris solamen  
& orationis secretū designata. Et ecce in mo-  
to iam processu noctis, ipsi adhuc vigilanti, &  
caelestia meditanti, dæmonum turba in spu-  
cie pororum agrestium apparuit. Fureban-

vbiq;

CRAM  
amero, nū  
nuerorū  
ere, iuven  
vita sancti  
obedientia  
n quam po  
a sibi seque  
ed etiam  
iter memo  
vouerat, n  
ius cognos  
: nisi Chri  
am factant  
perpetuam  
larem, pote  
audis à con  
magis ac ma  
ca Psalmum  
n virtutem  
e suo dispo  
s in iuridic  
em concide  
antum per  
tibus, ex lo  
ostein co  
is solame  
cce in me  
vigilantib  
rba in spe  
. Furebo  
vbi qu

LIBER II.

281

vbi que per totam cellam, & discursu insano,  
tū horrendo, dentibus longissimis: ac veluti  
necem eius exacuatis, pauefactum ac tre-  
mentem hominem circumstabant. Sudabat  
ille (vt mihi relatum est) præ timore, & quasi  
iam tamq; à bestiis discerpendus, nil nisi mor-  
tem ultimam præstolabatur. Talia eo patien-  
te, aductus est metus, & quendam enormis  
magnitudinis hominem, vt ex cordis sui iu-  
dicio sibi videbatur, dæmonum principem  
cellam illam, in qua ista siebant, conspicit in-  
tranem. Qui primo ingressu suo conuersus  
ad porcos: Quid, ait, segnes facitis? Cur iā hunc  
non rapuistis? cur nō discerpistis? Quod dicens,  
inquietunt porci, magno conatu facere nisi su-  
mus, sed cuncta tentātes, nil facere potuimus.  
Igo, inquit ille, iam faciam, quod vos desides  
facere non potuistis. Quo dicto vncum fer-  
rum longis ac recuruis vngulis terribilem.  
minaci manu prætendens, atq; ad virum Deë  
rapendum, immò ad discerpēdum adaptans,  
cum nimio terrore penè mente excedere co-  
gī. Sed Deus, cui bonus vir ille sæpè suppli-  
cando dicebat: Ne nos inducas in temptationē,  
sed libera nos à malo, temptationem tam du-  
tam non est passus ultra procedere, sed multa  
misericordia qua semper suis prouideret, eduxit  
eum a temptatione, & liberauit à malo. Mox  
enim vt nequam ille manū, vt dictum est, ad  
cum rapiendum, & vncum vt videbatur fer-  
reum,



282 COLLAT. SAC. LIB. II.  
reum, ad eum discerendum extendit statim  
omnipotētis filij Dei mater, mater vētū  
cimus misericordiæ, in qua ille, sicut distinxit,  
totam sp̄cm suam post Deum posuerat, vili-  
biliter adfuit, ac virga leui manu p̄tensa, Q[uod]  
modo, inquit, huc detestandi venire auffidet  
stis? Non est, hic vester, nec iam contra eum  
in aliquo præualere poteritis, dixit; ac dicta  
velocius, totum illud infandum collegium  
ut fumus euauit. Perstigit illa post dēmonum  
fugam, cum homine adhuc tremente, cum  
que his verbis consolata est: Placet, inquit  
quod facis, tuique animi deuotionem, DEO  
mihique gratam esse noueris. Fac ergo quod  
facis, & de his ad meliora perseueranter postu-  
cere, stude. Et ubi tibi aliquid singulare in  
mandatis tradam, stude vilibus escis, comple-  
tere abieetas vestes, operi manuum do-  
uotus insiste. His animatum homi-  
nem virgo relinquens, cō-  
los repetit.